

DEDICATIO.

phalorum gesta illi consecrem dedicémq;,
cujus sacram personam hâc nostrâ ætate
ejusmodi eximia opera & virtutes ad cele-
berrimam in Westphalia mytram evexe-
runt; cujus perillustrem & jam ante 600
annos Equestribus Germaniæ ludis cele-
brem familiam tam numerosa majorum
gloriosa decora tantopere illustrant. Ex
quibus cæteros prætereundo (ne rem in-
finitam faciam) pace ut spero tuâ, vel unum
referam, heroica inclytum virtute, rarâ-
que memorandum à felicitate Heroëm
WALTERUM à **PLETTENBERG**, or-
dinis Teutonici Magistrum & primum
Livoniæ Principem, totius Westphaliæ,
imo veriùs universæ Germanicæ nobilita-
tis & nobilissimi ordinis insigne decus, qui
post multa & magna cum Rigenfibus præ-
lia, iisque ad obedientiam redactis, fugatif-
que